

ex quib. liquidè apparet, ea demū simi-
 laria esse, quæ proximè ex quatuor Elemē-
 torum harmonia conueniunt. Vt prior
 solutio, quæ Galenum contradictione
 liberare annitebatur, quasi ea tantūm si-
 milaria nominasset, quæ solo essent sen-
 sus, nō itē rationis iudicio alia, nullius
 momēti sit. At secus videbitur, si ambi-
 guarum distinctione vocū, nullius dif-
 ficultatis manente periculo singula di-
 lucidauerimus. Aliud enim sensus iudi-
 ciū solers est & exactū, aliud minus exa-
 ctū, leue, & superficiariū. Galenus ergo
 in libro de Elemētis, & alijs nōnullis, in
 quibus similarium numerū recensione
 determinauit, de ijs dūtaxat, quæ sensus
 iudicio similiū partiū essēt, locutus est:
 diuersimode tamē. Meminit enim fre-
 quenter eorū, quæ sensu quantūuis leui,
 minusq; exacto similia vidētur, tum
 nimirum, quādo venas & arterias in eā-
 dē classē annumerat: quandoq; eorū
 tantūm quæ vix ac ne vix quidē sensus,
 quātūuis accurat⁹ dissimilia iudicat:
 vbi reiectis vasis, quæ acrius examē sen-
 sus nō sustinēt, reliquorū duntaxat mē-
 tionē facit. Quocirca & hæc vocat *αισθη-
 τικῆ*

Solutio.

*Sensus iudi-
 ciū duplex.*